



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

25. Dies Avgvsti. Unde majores Deo agendæ sunt gratiæ, quām pro ipsius
gratia per Dominum nostrum Jesum Christum? S. Augustus contra advers.
Legis, & Proph. I. I. c. 18.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Augustus.

Tessera.

667

munctionem , plus ad gloriam Divinam conferre, quām si res omnes etiam possibles in linguis convertat , imò in præstantissimos Seraphinos , qui Deum & ardentissimè adament , & æternum laudent. Quām ergò necesse est gratum esse unicum Sacrificium : cùm inde tanta Deo resultet laus , & gloria ; & cùm ille laudis suæ , & gloriæ sit cupidissimus : cùm nemo sit ; qui non sit laudis avidus ; prout canit Poëta :

Nemo tam pravus, qui non sit laudis avarus.

25. DIES AVGUSTI.

Unde majores DEO agendæ sunt gratiæ , quām pro ipsis gratia per Dominum nostrum Jesum Christum ? *S. Augustinus contra advers. Legis, & Proph. L. I. c. 18.*

Sacrificiū I.
Missæ est
Eucharisti-
sticum.

Non tot scatet aër atomis , quot homo Dei beneficiis. Ubi , gratiæ est collatio , illic requiritur gratiarum actio .

Sed , sicut nulla est proportio unius puncti ad immensitatem : sic nec ulla inter nostram erga Deum benevolentiam , & Dei erga nos beneficentiam. Christus non nescius , nos rependendæ pro tot beneficiis gratiæ impares esse : ipse , ut non dives minus , quām in nos propensus est , egestati illi nostræ miro modo contulsum voluit. Ille rationem nobis optimam subministravit , par Dei meritis in nos , grati animi pignus , dignasque gratias referendi , dum in uestibus nostros Sacrificium Eucharisticum instituit : ut pote , ut ipsa vox Eucharistia sonat ; institutum est

ad be-

668 *Christiani Militis* Augustus
ad beneficiorum gratam recordationem , gratia
rumque pro iis actionem. Vide h̄ic, quomodo om-
nes gratitudinis partes in hoc Sacrificio exercemur.
Prima pars est, gratiarum actio. Secunda, grata com-
memoratio. Tertia, beneficii relatio. Agamus de pri-
ma: *Gratiarum actio* , nihil est aliud, quam bene-
protestatio gratiae acceptae , cum quadam suis subjecti-
on & dimissione ad ipsum Benefactorem directa. Ita Le-
suis de primâ parte. H̄ic autem , cùm gratiarum ac-
tionis vicem subeat ipse Christus , rationem cuius-
dam debiti induit : ipseque, tanquam revera ob be-
neficiâ nobis collata debitus Patri immolatur. Quod
hoc paradoxum ? Ergo ne, ille debetur ob beneficium
aliqua nobis collata ? planè debetur. At quantula
sunt res illæ ad Christum collatae ? Et ut essent man-
mæ, nonne sunt ejus beneficia ? Quid hoc est debet
aliquem, propter suum ipsius beneficium? Hoc stra-
tagema est Eucharistici Amoris. Hic enim Amor,
ipse est , qui Christum non obligat eum in usum ut
pro communibus Patris Æterni beneficiis, & ipsius
quoque in gratiarum actionem rependatur. Quare,
cùm hæc gratiarum actio, in affectu, grataque voce
consistat : ipse totus in affectum, totus in linguam
convertitur, ut nomine nostro gratias Patri agat.

II. Altera pars, est beneficii accepti grata com-
memoratio. Hoc sit in quovis Sacrificio. Imò
Christus ipse, beneficia tum Patris, tum sua nobis in
memoriam refricare, dici potest. Nam de memoria
Passionis , ac Mortis sua; p̄spectum est; illum non
verbis modò, sed & re ipsissimâ meminisse; quando
nimirum, primarius ipse Sacerdos consecrat. Dein-
de, licet ipse non sacrificaret propriè, nec proprio
nomine

nomine fines istos Sacrificii sibi proponeret; tamen, quatenus mentem injicit Ecclesiae, ad eos fines sacrificandi; eamque voluntatem inspirat, prius in Divinissimo suo Corde conceptam pro facto; & ipsius cordis voce, sua illa beneficia commemorare dicendus est: atque, ut Homo-Deus, sibi ut Deo homini, hujusmodi memoriam nostro nomine dicare. In qua quidem memoriā amabile ænigma comperio, amoris Eucharistici arte compositum. Nam, cùm primum, & maximum beneficium sit, ipse affectus dantis, seu cor, efficitur Cor Domini nostri JESU, & princeps ejus beneficium esse, & sui præconium; Poëtam esse & poema, & poematis materiam; Orationem esse, & orationem, & orationis materiam.

III. Postrema pars gratitudinis, est beneficij repensio. De illa porrò, quid dicam? Quia, si per sacrificium rependimus beneficium, ergò ille accipit: At ita conficeretur, Deum supremum nobis inferiorem esse, quatenus beneficium acciperet. Est enim hæc Aristotelis sententia à Theologis recepta: cum, qui beneficia confert, eam ipsam ob rem, superiorem esse eo, qui illud acciperet. Et verò, qui accipit beneficium, gratias debet. Quis autem dicere au sit, Deum quidquam creaturis debere? sed quidquid fuerit, illud est infallibile; nos sæpè pro minoribus beneficiis, immensum aliquid, & Deo gratissimum referre; ipsum, nimicum, charissimum ejus filium: qui etsi omnino Dei sit, tamen nobis revera ab ea donatur, revera noster est, ipsique in sacrificio revera à nobis offertur, atque adeò, in gratiarum actionem à nobis offertur. Quâ in re agnosco alia ingentia planè beneficia. Nam, ut Christus Patri sic redda-

670 *Christiani Militis* Augustus
reddatur; confert Deus Sacerdotibus vim quandam
tantum non infinitam , quâ illum reipsâ efficiant,
seu producant. Deinde, ita illum rependere, summi
meriti est, & summæ , ad nova beneficia obtainenda
virtutis. Hic igitur , jam cognoscis, quomodo pe
Eucharisticum sacrificium, grati animi partes omnes
exequi possis. Fieri enim non potest, ut possis pro
omnibus Dei donis , gratiis, favoribus, beneficiis,
gratior Deo existere, quam per hoc sacrificium.
Quomodo enim posses copiosius æterno Patri gra
tias, quam per Cor, & linguam ipsius Christi; quam
inquam, per ipsum totum, qui , ad gratias nostras no
mine habendas, in cor, & linguam vertitur ? Multi
debēs, reddē quod debes: nam

Mutua, quæ debes, reddendo solvere debes.

26. DIES AUGUSTI.

Fides, orando impetrat; quod lex imperat. *S. Aug. ad Bonifac. c. 5.*

Sacrificiū I. *U*bi multa imperantur , multa, ne
est imperato rum. cessē est , impetrēntur : plurima
imperantur lege , quæ facile im
petrantur Fide. Sed, si usqua

ad impetrandum debeat Fides , suas exerere vires, est
in sacrificio illo incruento , quo quotidie Deo of
fertur Deus cruentus. Quid poterit Pater Æternus
negare, dum illi litatur talis victima , quâ nihil illi
possit esse gratius ; & quæ veniam pro reis, tot ro
gat vocibus, quot corpus patet vulneribus? (a) Impe
gerat colaphum Gregarius miles, Leoni Perieræ Ju
veni nobili , & præservido , & mox fugam milesar
ripuit;

(a) *Rho. in exempl. de Eucharist.*